patur. ſed officio cōſulēdi. Nec principandi ſuperbia: ſed prouidendi miſericordia. Nā ita deus hominem cōdidit. Dominamini inquit. Geñ. j. piſcibꝰ maris ⁊ volatilibus celi. Hominē rationalē noluit niſi irrationalibꝰ dominari nō hominē homini: ſed hoīem pecori. Inde primi iuſti paſtores pecorū magis ꝙ̄ reges hominū fuerunt: vt ſic etiā inſinuaret deus q̄d poſtulet ordo creaturarū: ⁊ q̄d exigat meritū peccatorum. Cōditio quippe ſeruitutis iure intelligit̄ impoſita peccatori. Aug. de ciuitate dei. li. xix. c. xiiij. ⁊ xv. ⁊ . j. ad Timo. v. xxij. di. conſtātinopolitane. ¶ Prelatus inſtare debet opportune importune. xliij. diſ. c. j. ad ſi. Opportune volentibus. importune nolentibus. prorſus importunus ſum. tu vis errare. tu vis perire. ego nolo. nō vult poſtremo ille q̄ me curat dicens. Ezech. xxxiiij. xxiij. q. vj. c. ij. Quod errauit nō reuocaſtis. et quod perijt non queſiuiſtis. Reuocabo ouem errantem. requiram perditam. Luc. xv. Et ſi me inquirentē lanient vepres ſyluarū: per oia anguſtata coarctabo: oēs ſepes excutiā: quātum mihi dn̄s dederit omnia peragere. Aug. in li. de paſto. facit. xxiij. q. iiij. diſplicet. ⁊ . q. vj. quod errauerat. c. videas. Si bonus fuerit q̄ tibi preeſt: nutritor tuus eſt: ſi malus tentator tuus eſt. Nutrimenta tua libenter accipe: ⁊ in tentatione probatus eſto. Iaco. j. Aurū mundandū in fornace artificis. In vno anguſto loco tria ſunt. aurū. palea. ignis ad illa duo ignis apponit̄. palea vritur. aurū purgatur. Aug. de verbis dn̄i ſermo. vj. ¶ Sunt quidam qui ſciunt poſſunt/et volunt preeſſe. ſi hi volūt prodeſſe: charitatis eſt. vij. q. j. qui epiſcopatū. alioquin ſuperbie. Quidā autē ſunt: qui ſciunt/⁊ poſſunt: ⁊ nolunt preeſſe. Hoc quidē humilitatis eſt/ꝙ renuunt. ſed inertie eſt: ſi quum ſciunt/diuino reſiſtunt. xvj. q. j. nos autem. Quidam autem ſunt: qui nec ſciunt nec pn̄t: ſed volūt. Hoc quidē cupiētis videt̄ eē ꝙ volunt. j. q. vj. ſicut. ſtultitie vero eſt ꝙ hoc volūt q̄d nec ſciunt nec poſſunt. Quidam autē ſunt: qui nec ſciut nec poſſunt nec volunt. q̄ prudenter agūt. Hugo de clauſtro. Extorta ſeu coacta licentia non eſt licentia. ſed violētia. quod ergo tua importunitate. ex̄ de reſcrip. li. vj. victꝰ. epiſcopus fecit inuitꝰ: nō fuit abſoluere ſed irrūpere. Bern. in epiſtola ad Odonē qui importune obtinuit abſolutionē a prelatura. Pleruq̄ʒ ij qui magiſteriū paſtorale ſubire cupiunt: nonnulla bona in aīo proponūt. ⁊ quāuis hoc elationis tentatione appetant. operaturos tamen ſe magna pertractant. Sed penſet quiſq̄ʒ quid ſubditus egerit ⁊ cognoſcet ſi prelatus bona agere que propoſuit poſſit quia nequaq̄ʒ. i. difficile. q: honor inflat ſuperbiam. xlv. diſtin. licet. valet in culmine humilitatē diſcere: qui in imis poſitꝰ didicit ſuperbire. Nequaq̄ʒ. i. difficile. quia augmētum rerum auaritiā gignit. ar. xiiij. q. iiij. quid dicā. Auaritiam vincere poteſt: qui ad multorū ſuſtentationem tendit. is cui nec ſufficere ꝓprium ſoli potuit. Hugo. de clauſtro. ¶ Qui in regimine ſunt ſemper affici debent pro iis qui ad eorū ſolicitudinē ptinēt. Et qm̄. ij. Cor. xj. poſſibile eſt recordari eorū debēt/ex nomine. ⁊ orationis exhibere Ro. j. ſuffragia. Neq̄ʒ aliud occupare illud pectꝰ debet ꝙ̄ animarū ſicut in Moyſe. xlv. di. diſciplina. ⁊ in Paulo q optabat fieri anathema a chriſto pro fratribꝰ. Ro. viij. zelus. Quia illiꝰ officij eſt/reuocare. xxvj. q. vj. quod errauerat deuios. Recōciliare. xxvj. q. vj. per totū. erroneos. Cōfirmare/vt deus. pſ. lxvij. ꝯfirma hoc deus. eos qui in iuſtitia ꝓficiunt. ⁊ qui deficiūt hortari: ne deſperent de venia. de pe. di. vij. c. j. Chryſ. in cura de paſt. Nō debet honoris ducatū ſuſcipere: q neſcit ſubiectos tramite vite melioris preire. xxv. di. §. nunc autē. xlix. di. §. j. Iſido. de ſummo bo. li. iij. c. xxxiiij. Nulla ars doceri preſumit̄: niſi priꝰ diſcat̄ lix. di. per totū. Ab imperitis ergo paſtorale magiſterium qua temeritate ſuſcipit̄: qm̄ ars eſt artiū regimen aīarum Greg. i paſto. c. ij. facit. xvj. q. j. ſi clericatꝰ. ex̄ de eta. ⁊ qua. ci. ſit. Nulla res abſq̄ʒ. Hiero. in prologo biblie. magiſtro diſcit̄ ⁊ muta aīalia ⁊ ferarū greges ductores ſuos ſequūtur. In apibus principes ſunt. grues vnum ſequunt̄ ordine literato ⁊c. Hierony. ad ruſticū monachum. et. viij. q. j. in apibꝰ. ¶ Mihi videtur eſſe ars artiū ⁊ diſciplina diſciplinarum hominē regere. quia certe eſt inter omnia animātia. maxime moribꝰ. Ouid. Pectoribus mores tot ſunt: quot in orbe figure. ⁊ volūtates hominū vane ſunt. ff. ad Tre. q: poterat. de hoc legitur ⁊ no. ex̄ de con. pre. q: Gloſ. j. variꝰ: ⁊ voluntate diuerſus. Greg. Nazāzenus in apolog. Quū homini ſit perdifficile ſcire regi. i. regēti ſe obtēperare. Quia ſm̄ Senecā Animꝰ hominis naturaliter eſt in poteſtate recalcitrans. multo difficilius eſt ſcire alios regere. q: quanto gloria maior eſt: tāto periculum grauiꝰ. viij. q. j. illud. habentibus intellectū. Ibidē. Quū paſtor per abrupta graditur: ad precipitiū grex ſequitur. Greg. in paſto. c. iij. Nemo in eccleſia plus nocet: ꝙ̄ qui ꝑuerſe agens nomen vel ordinem ſanctitatis habet. Delinquentē namq̄ʒ hunc redarguere nullꝰ preſumit. ⁊ in exemplum culpa vehementer extenditur: quū pro reuerentia ordinis peccator honorat̄. Greg. ibidē. ⁊. lxxxiij. di. nemo. ¶ Ille ad dignitatē paſtoralis officij debet prouehi: qui ad aliena ſuſcipienda non ducit̄: ſed propria largit̄. qui ꝑ pietatē viſcerū citius ad ignoſcendū flectitur: ſed nunq̄ʒ plus ꝙ̄ debeat ignoſcens ab arce rectitudinis inclinatur xlv. di. licet. Qui nulla illicita perpetrat: ſed ꝑpetrata ab alijs vt ꝓpria deplorat. Ro. xij. Qui ex affectu cordis aliene infirmitati cōpatitur. ij. Cor. xj. xlv. di. vera. ſicq̄ʒ in bonis proximi ſicut in ſuis ꝓfectibus letatur. Qui ita ſe imitabilem ceteris in cunctis que agit inſinuat: vt inter eos non habeat quo ſaltem de tranſactis erubeſcat. Qui ſic ſtudet viuere. vt ꝓximorum corda arentia. Ezechi. xxxv[...] xij. q. ij. de viro. doctrine valeat fluentis irrigare. Qui o[ra]tionis vſu ⁊ experimento. xxxvj. di. ſiquis. iam didicerit q̄d obtinere a domino q̄ popoſcerit poſſit. Ibidē. c. xj. ¶ Tātum debet actionē populi actio tranſcendere preſul: quātum diſtare ſolet a grege. xxv. di. §. nunc autē. ibi. Cuiꝰ cōparatiōe ceteri grex dicant̄. vita paſtoris. Sit ergo neceſſe eſt cogitatione vt Maria. Luc. ij. mundus. actione precipuꝰ. diſcretus in ſilētio. vtilis. xliij. di. ſit rector. in verbo ſingulis cōpaſſione proximꝰ. pre cunctis cōtemplatione. ex̄ de renū. niſi cū pridē. §. nec putes. ſuſpēſus. Bene agētibus per humilitatē ſocius. xcv. di. eſto. Cōtra delinquentium vitia per zelū iuſtitie. xlv. di. diſciplina. erectꝰ. Internorum curā exteriorū occupatione nō minuens. Exteriorum prouidentiā. xxxix. di. petrꝰ. internorum ſolicitudine non relinquens. Greg. ibidē. c. xiiij. ¶ Tales ſeſe qui preſunt exhibeant: quibus ſubiecti ſua occulta prodere non erubeſcant. vt quū tentationū fluctus paruuli tolerant: ad paſtoris mentē quaſi ad matris ſinū. ar. ij. q. vj. ad romanam. ij. ⁊ Ioā. xiij. de ioanne recūbente in ſinu ieſu. recurrant. Grego. ibidē. Quod pauci ſunt electi culpa forſan rectorū eſt. q: dum paſtor terrenis incūbit: lupus ouile irrūpit/oues rapit/et diſpergit. Ioan. x. Richar. ſuper Apo. li. j. In alto poſitū non altum ſapere. Ro. xij. difficile/⁊ omnino inuſitatū. quia honor inflat. xlv. di. licet. tanto glorioſius. Bern. in epiſtolis. Illa ſolicitudo ꝓpoſitor vtilis eſt. Illa cautela laudabilis eſt: cū qua totum ratio agit: ⁊ furor nihil ſibi vēdicat. Greg. in Regiſtro. xj. q. iij. iſta. Cū honoris augmēto cura quoq̄ʒ ſolicitudinis debet exercere. Ibidē. Uſus cōuerſationis humane eſt/vt preeſſe nō audeat: q ſubeſſe non didicit. lxj. di. miramur. ex̄ de elec. cum in magiſtrum. nec ſubiectis obedientiā imperet quam prelatis exhibere non nouit. ij. q. vj. q̄ ſcit ſe. ¶ Sūt tn̄ nōnulli q̄ ita per myſterium ſpiritus docētur intrinſecus: vt ſi eis exterius hūanū magiſteriū deſit: magiſtri intimi cēſura non deſit. quorū tn̄ libertas vite ab infirmis in exēplū non eſt trahenda. xxvj. q. ij. nō ſtatim. ⁊ c. nō exēplo ſed veneranda. ij. q. vij. §. ijs ita. ante ca. ſiquis. Ne dum ſe quiſq̄ʒ ſimiliter ſpiritu ſancto impletū preſumit: diſcipulꝰ hoīs eſſe deſpiciat: ⁊ magiſter erroris fiat. xxiiij. q. iij. q̄d autē. Mens autē que diuino ſpū implet̄: hʒ euidentiſſima ſigna ſua/virtutes ſcilicet ⁊ humilitatē. Greg. in dialo. li.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

vi. ¶ Hec ſunt que paſtori conueniunt. bonitas. Joan. x.
diſciplina. xxiij. q. iiij. ita ſciētia. xliij. di. c. j. Bonitas attra
hit. diſciplina corripit. ſciētia paſcit. xcv. di. eſto. Bonitas
amabilem. diſciplina imitabilē. ſcientia docibilem reddit
Bern. A prelato tria ſunt neceſſaria Verbū dei. ex de offi.
or. inter cetera. Exēplū. xcv. di. eſto. ibi. Forma facti. Oro.
xxx. di. ſiqs. Nam etſi vocis virtus ſit opus: tamen ⁊ operi
⁊ voci efficaciam promeretur oratio. Bernar. in epiſtola
ad Balduinum abbatem. ¶ Inquantum prelatus per
ſubditos grauatur: tantum lucratur. ⁊ inquantum iuua/
tur: et tantum ſibi ſua premia minuuntur. Elige ergo
quos vis an qui grauando iuuent. an qui iuuando gra/
uent. Illi tibi promeritores: iſti meritorum fraudatores
exiſtunt. Nam qui ſocij ſunt laboris: ⁊ mercedis. Sapien.
x. ex de renun. c. niſi. §. verum. in fi. participes erunt. Ber/
nar. in epiſtola ad Raynaldum abbatem. ¶ Mendicā/
tibus honores blandiūtur: ſed onera penſantibus tedio
ſunt atqꝫ formidini. non autē omnes capiunt verbū hoc.
Multi non tanta fiducia alacritateqꝫ curr[illegible]ēt ad hono/
res: ſi ſentirent ⁊ onera. xl. diſ. aute. viij. q. j. clemens. vnde
profecto grauari metuerēt. nec cū tanto honore ⁊ pericu
lo quarumlibet affectarēt infulas dignitatū. Nunc vero
q: ſola attenditur gloria/non pena: purū. i. ſimplicem ſe
eſſe clericū quilibet erubeſcit eſſe in eccleſia: ſecꝫ viles exi
ſtimant/qui quocūqꝫ eminentiori loco non fuerint ſubli/
mati ſcholares/pueri/⁊ impuberes adoleſcentuli/ob ſan
guinis dignitatē. contra id ex de preben. c. penul. promo/
uentur ad eccleſiaſticas dignitates. ⁊ deſub ferula trāſfe/
[illegible]ntur. xlviij. di. §. j. ad preſidendū presbyteris: letiores in/
[illegible]im ꝙ virgas euaſerint ꝙ principatū meruerint. nec tā
illis blanditur adeptū: quantū euaſum magiſteriū. ⁊ hec
quidem initio. proceſſu vero tēporis paulatim inſoleſcen
tes docti fuerūt in breui vēdere altaria. j. q. iij. altare. ſub/
ditorum euacuare marſupia. magiſtris nimirū in hac di/
ſciplina vtētes idoneis: ambitione ſcilicet ⁊ auaritia. j. q.
j. cum omnis. Bern. in epiſtola ad Henricū ſenonenſem
archiepiſcopū. ¶ Prelat⁹ quecūqꝫ docuit diſcipulis eſſe
contraria: hec in ſuis actibus iudicet non agenda: ne for/
te ſub[illegible]rmurare poſſit frater quē arguit. ⁊ dicere Me/
dice. Luc. iiij. cura teipſum. talis em̄ occaſio plurima dāna
tio prelati. plurima ſubditorū. xj. q. iij. precipue. ſubditorꝫ
perditio eſt. Non ꝙ ſine peccato penitus eſſe poſſit in hac
miſera vita. de pe. di. ij. ſi enim. xxv. di. §. criminis. ſed ꝙ ea
q̄ arguit in diſcipulis oportet ſummope vitare magiſtrū
lxj. di. c. ij. Bern. in ſmone ad abbates. ¶ B Cathedra

Cathe/ dre peſti lētie ex/ poſitio.

pē. j. peſtilentie quatuor pedibus cōſiſtit. Pes primus eſt
malitia. Secūdus eſt cōtemptus dei. Tertius irreuerētia
Quart⁹ aſtutia. Non vos putetis eſſe felices/q: preeſtis.
ſed ſi non prodeſtis infelices vos eſſe putate. viij. q. j. qui
epiſcopatū. Vt autē ſecure preeſſe poſſitis: ſubeſſe et vos
cui debetis non dedignemini. ij. q. vj. qui ſe ſcit. Dedigna/
tio quippe ſubiectionis/plationem reddit indignū. Bern.
in epiſtolis. vbi quatuor predictos pedes exponit. Mali/
tia eſt amare malū: ⁊ saporem mali habere: ⁊ malū inquā
tum eſt malū/diligere. Michee. iij. ibi. Et diligitis malū.
Et Oſee. viij. Proiecit iſrael bonū. ſicut facit diabolus et
nōnulli iniqui. Sed quia aliquādo tales timent deū: non
timore bono/ſed ne incurrant dannū rerum vel corporis
cruciatū: vt amplius ſint mali cōtemnunt ⁊ ipſum deum.
Interim poſſet fieri vt malū amarent ⁊ deū cōtemnerent
ſed inhiberet eos pudor hoim. Ideo ad augmentū mali.
ſequit terti⁹ pes irreuerētie. vt nec deū timeant: nec homi
nes reuereant. Ad ꝯſummationē vero toti⁹ malitie adeſt
quart⁹ pes. aſtutia vt ſciant vti predictis trib⁹. vt miſcen/
tes oleo venenū et melli acetū. Eminens pars cathedre
cui ſedes inheret/eſt potentia. cui tamē opponitur pului/
nar: vt ſuauiter ſedeat. xlvij. di. ſunt nōnulli. Puluinar ſit
de leuibus pēnis au[illegible]. ⁊ ſignat vanā gl'iam et fauorē po/
pularem. ſcabellū pedibus ſupponit: ne tangāt terrā. Ta/
les em̄ nōnulli terrenas actiones nō faciūt ſed ſpūales ſe/
ſimulāt: vt magis decipiant vt hypocrite. Mat. vj. Bern.

¶ In omnibus exēplo apl'i honorabitis miniſteriū nim
inquit ad Ro. xj. et ij. Corin. vj. ibi. Vt non vituperet mini
ſterium noſtrū. meū honorificabo. dn̄m quidem ipſum ho
norabitis: non nos. Nam qui querit q̄ ſua ſunt. Phil. ij. ſe
cupit honorari: non miniſteriū. Honorificabitis autē nō
cultu veſtiū/non faſtu equorum/nō amplis edificijs: ſed
moribus ornatis/ſtudijs ſpiritualibus/ac bonis operib⁹
Greg. in Regiſtro. O peruerſitas ⁊ ambitio filiorū Adā
qui qnū aſcendere difficillimū ſit: deſcēdere autē ad ima
facillimū ipſi ⁊ leuiter aſcendūt ⁊ deſcendunt difficilius
Unde illud: Facilis deſcenſus ad honores graduū eccle
ſiaſticorum/ipſi etiam angelicis humeris formidandos.
Bern. in epiſtolis. ¶ Inter cetera que ad paſtorale ſpe
ctant officiū ſancte predicationis virtus. facit. ex de of. or.
inter. excellit. iuxta qđ decet egregius predicator. Nō miſit
me inquit. j. Cor. j. chriſtus baptizare. ſed euāgelizare.
Inno. in ſermo. Quotiens prelat⁹ pro vno ex minimis.
Mat. xxv. dei ſpirituale ſtudiū intermittit: totiens proco
ſpiritualiter animā. Joā. x. ⁊ xv. ponit. Bern. in ſermone.
¶ Sit erga ſubiectos ſolicitudo laudabilis. Exhibeat
cum manſuetudine diſciplina. ſit cum diſcretione corre
ctio. Iram benignitas mitiget. Benignitatem zelus exa
cuat: ⁊ ita ex altero alterū cōdiatur. xlv. di. diſciplina. cli
cet. j. ⁊ ij. vt nec īmoderata vltio vltra ꝙ oportet affligat.
nec iterū frangat rectitudinē diſcipline remiſſio. Greg.
in Regiſtro. ¶ Prima virtus in prelatis eſt cognitio in
firmitatis. Atqꝫ ex eo colligimus poſſe nos bene ſuſceptū
miniſterium implere: ꝙ videmur infirmitatē noſtrā ⁊ pro
priam. l. di. conſiderandū. c. fidelior. ex humilitate cogno
ſcere. oēs enim infirmi mente et carne. Job. vj. ad Ro. vj.
ibi. propter infirmitatē carnis noſtre. xlvij. di. omnes ſunt
ſed ille eſt infirmior: qui ſuā non valet cōſiderare infirmi
tatem. Greg. in Regiſtro. ¶ Qui regendā nauim. nauis
eccleſia. xxiij. q. j. non turbat. rector vel protera prelatus.
vij. q. j. ſciſcitaris. ſuſcipit: tanto amplius neceſſe eſt vt vi
gilet: quanto ampli⁹ litus reliquit. vt aliquando futuras
procellas ex ſigno. xxvi. q. iiij. ſciendū. preuideat. aliquādo
vt veniētes directo clauo. clauus eſt gubernaculū nauis.
Prouer. xxiij. ſi parue ſunt/ſuperet. at ſi vehementer intu
meſcunt: dato in obliquū latere declinet. ⁊ ſepius ſol⁹. Lu
ce. ij. vigilet: quū cuncti qui illic ſunt quibus nulla nauis
cura eſt cōmiſſa/quieſcunt. Greg. in Regiſtro. ¶ Regen
tium merita ⁊ plebiū ita cōuertuntur (al's cōnectūtur)
ꝙ ſepe ex culpa regentiū deterior ſit vita ſubditorū. vide
s. c. ℟. fol. p. ccc. Secūdū merita. Et ſepe ex merito plebiū
delinquat vita paſtorum. Nā enim mala actio prefidētis
valde noceat ſubditis/teſtantur phariſei. de quibus ſcri
ptum eſt. Mat. xxiij. Clauditis regnum celorum ante ho
mines. vos non intratis. nec introeuntes ſinitis intrare.
Et ꝙ culpa plebium multum noceat vite paſtorū. ij. Reg.
vlti. j. q. iiij. §. ijs ita. ℟. Item dauid. Et vide. s. c. ℟. ſm me
rita. In dauid numerante populū cognoſcimus. Greg.
in Regiſtro. ¶ Lingua prelati ſit codex illi qui neſcit le
gere vt dono predicationis eius vel operis quod imitet
aſpiciat. Solet enim ſtrictius vox viua trahere. Hiero. in
prologo biblie. Habet neſcio quid latentis energie viue
vocis actus. tranſfuſa fortius ſonat ꝙ lectio dicta tranſi
tu. Grego. in Regiſtro. ¶ Prepoſitorum ſolicitudo ſub
iectorum cautela eſt. quia ſi ſuper rem creditam vigilat
hoſtis declinat inſidias. Quum autē dormiunt homines
id eſt rectores inimicus ſuperſeminat zizania. Mat. xiij.
Ibidem. Tales ergo ſubiectis noſtris debemus exiſtere
quales nobis quum fuimus ſubiecti/noſtros voluimus
eſſe prelatos. ar. ij. q. vj. qui ſcit ſe. Ibidem. Ex inordinato
regimine oritur irreuerentia. dummodo prelatus ſtudet
peccantibus leniter blandiri. xlvj. diſtin. ſunt nōnulli. Lo.
ſiquis diaconus. modo inordinato ⁊ extra modum nimi
um iraſci. xj. q. iij. illa. Nam ſi ſemetipſum in menſis ſue ra
tione tenuiſſet: ipſa eius maturitas haberi in reuerent
ia potuiſſet. Ibidem. Lux gregis eſt flamma paſtoris. de
cet enim dominicū paſtorem ⁊ ſacerdotē moribus ⁊ vita

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

clareſcere. viij.q.j.licet. q̄tenus in eo tanq̄ in vite ſue ſpeculo. Et preterea ſpeculatores dicunt̄. Ezech. iij. vt videant ꝛ videant̄. xxj.di.c.j.§.epiſcopat⁹. plebs cōmiſſa ꝛ eligere quod ſequat̄: et videre poſſit qđ corrigat. Ibidē. Si cura paſtoris gregi defuerit: facile laqueos inſidiatoris incurrit. ex̄ de elec. ne pro defectu.

¶ Sequitur Repertorium prelatorum. B

Expeditis originalibus prelatorū: nunc iuris ꝯcordantias ſuper eorū conditione/iuriſdictione/et potentia/apponamus. Prelatio non eſt cōſtituta cōtra bonos. ſed ad coercendū malos. xxiij.q.v.ad fidem. et c.regū. xxij.di.conſtantinopolis. Non eſt cōtemnēda prelatio eccleſiaſtica. xj.q.iij.nemo ꝯtemnat. Nec auide ſuſcipienda. nec propter deſidiā reſpuēda. xvj.q.j. vos autē. viij.q.j.olim. ꝛ.iij.c.ſe. xl.di.multi. Ꝙ ambitioſus/etiā ſi alias bonus ſit/reprobatur. j.q.j.principatus. lxj.diſ.miramur. Fugientes eam ſunt aſſumendi. ſe ingerentes repellendi. j.q.vj.ſicut. viij.q.j.in ſcripturis. Non cōſanguinitas/ſed vite ꝛ cōſcientie congruitas eſt in ipſa attendēda. viij.q.j.licet. ꝛ.c.ſe. Propter prelationis inuidiam Cayn occidit fratrē. xxv.di.ſexto. Nō prelatio/ſed bona cōuerſatio iungit deo. xl.di.non loca. ꝛ.c.nos qui. xxiij.q.iiij.ſicut. Ꝙ oīs ſanctitas preſumenda eſt de ſummo prelato/papa ſcilicet. xl.di.c.j. Ꝙ abſurdū eſt prelatum peiorē eſſe populo. j.q.j.viliſſimus. ꝛ clericū laico. viij.q.j.qualis. Prelati dn̄t eſſe literati. xxxvj.di.q̄ eccleſiaſticis. ꝛ.c.ſiquis vult. ꝛ. xliij.diſt. §.j.ꝛ.c.j. Vide Inno. de elec.cū in cunctis. et Compoſt. de ſim.tri.c.j. Vita paſtoralis eſt exēplaris ſubditis. ij.q.vij. cum paſtoris. Integritas prelatorū ſalus eſt ſubditorum. Et eccleſiaſticus ordo nutabit: ſi quod requiritur in corpore non inuenit̄ in capite. lxj.di.miramur. Ꝙ prelat⁹ debet in cōuerſatione ꝛ ſermone preire. viij.q.j.qualis. xl.di. non vos. ꝛ.iij.c.ſe. Minorū exempla ad imitandū eſt. Doctrinam ad addiſcendū non debet ſpernere prelatus. xxij. di.de cōſtātinopolitana. xxiiij.q.iiij.ſi habes. Dꝫ circa ſubditos ſolicitam curā gerere. viij.q.j.in ſcripturis. Itē nūc actioni/nunc cōtemplationi vacare. lxxxviij.di.decreuit. ꝛ epiſcop⁹ nullā. ij.q.vij.epi. viij.q.j.in ſcripturis. Erga infirmos cōpatiens eſſe. xlv.di.recedite. Diſcordantes concordare. xc.di.c.j.ꝛ.c.ſtudendū. De ſubditis non debet an̄ examinationem mala credere. lxxxvj.di.ſiquid. ex̄ de ſimo. licet heli.§.ſed iuxta. Non debet ex vindicta corrigere. ibi. ꝛ.c.ſequen. et.c.odio. xxiij.q.iiij.ita plane. Item nec iuxta velle debet ſubditū punire. xlv.di.cum beat⁹. ij.q.iij.ipſe. Pronior eſſe debet ad miſerādū q̄ ad puniendū. xlv.diſt. licet. Seuerus debet eſſe cōtumacibus. benignus penitentibus. ij.q.v.quanto. ex̄ de poſtu.prela.c.j.§.nos igit̄. Non eſt de facili cōtra prelatū preſumēdū. xj.q.iij.abſit. Prelati pl⁹ alijs ſunt aduerſitatib⁹ expoſiti. iij.q.j.nulli. vij.q.j. ſuggeſtū. ꝛ.ij.c.ſequen. ꝛ. xiij.di.nerui. Peccata ſubditorū rectorib⁹ negligētibus corrigere/imputant̄. j.q.j.quicq̄d. Et.ſiquis diacon⁹. de of.or.irrefragabili. xliij.di.epheſijs. Superbia ꝛ auaritia in ipſis pre ceteris reprobatur. xciij. diſtin.diaconi ſunt. Immundi ſunt ſi ſine temporalibus non preſint. j.q.j.ſiquis.j. Nihil periculoſius et laborioſius ꝛ dānabilius malo prelato. xl.diſt.ante. xcvj.di.duo. Facilius deus ipſorum ſi boni ſunt orationes exaudit. j.q.j.ipſi. Toleratur malus prelatus q̄diu nō deijcitur. xv.q.vij.c.vlti. xxiij.q.iiij.tres. viij.q.iiij.nōne. Honor adept⁹ ꝛ exhibitus cedit ei male agenti ad penā et culpā. diſt. xl.multi. ij.q.vij.ſecuti.in ſi. Non ſunt eorū mala opera attendenda: ſed doctrina. j.q.j.non quales. xix.di.ſm̄. Mali prelati non ſunt a ſubditis cōtemnendi. j.q.j.multi. ꝛ.ij.c. ſe. vj.q.j.ſacerdotes. ꝛ.c.oues. Chriſtus malis deferendo prelatis/exemplum nobis humilitatis ꝛ patientie dedit. xxiij.di.dñs. Non debet prelatus cōmutationē/venditionem/ꝛ permutationē/de rebus eccleſie facere ſine cōſenſu capituli. ex̄ de his que ſi.a pre.ſine con.ca.c.j.ꝛ.c.ſequē. ꝛ.c.cum apoſtolica. ꝛ.c.tua. Et quū confert beneficiū vel preſentat: ad ipſum debet req̄rere ꝯſenſum. ca.e.ti.ea noſcitur. Debent prelati fouere ſubditos ſuos ſicut filios. de ex.pre.c.j. Non debent aliorū prelatorum inferiorum iura infringere. e.t.ad hec. Que competūt ſolis epiſcopis denegantur abbatibus. e.t.accedentibus. Non excedāt prelati numerū ſtatutum euectionum ꝛ perſonarū in viſitādo. e.t.cum ad quorūdam. ex̄ de cenſi.cum apoſtolus. x.q. iij.inter cetera. Non debent purgationem ferri candentis indicere: nec authoritatē p̄ſtare. e.ti.ex lr̄is. Repellit a prelatura/ꝛ ludus alearū. xxxv.di.c.j. ꝛ vſura. xvij.di.per totū eo.ti.inter dilectos. Trahēs prelatum ſuū ſuper ſpiritualibus ad iudicium ſeculare priuatur beneficio. eo.ti. vide quod legitur ꝛ no. de fo.com.ſi diligenti. Quod ſit officiū maioris ꝛ inferioris prelati. de of.archidia.cū ſequen.ti.ꝛ xxiij.di.per totum. ꝛ. xxv.di.perlectis. Qui prelati habent iuriſdictionē ꝛ qualiter: ꝛ in quos. de of.or.cum ab eccleſiarum. per omnes ꝛ maxime per Inno. An quilibet prelat⁹ eccleſie collegiate poteſt ſuos ſubditos coercere. An prelati minores epiſcopis poſſint cauſas criminales audire. eo.ti.quanto. ſm̄ Inno. Non debet prelatus officia conſanguineis cōmittere. lxxix.di.decenter. Maior ꝯnexitas eſt inter prelatū ꝛ capitulum ſuum quoad iura ſpiritualia q̄ quoad temporalia. et ideo in ſpiritualibus magis tenetur prelatus requirere conſenſum ſui capituli q̄ in tēporalibus. de verbo.ſigni.cū clerici. per Inno. An prelatus tenetur de facto vel delicto ſubditi: ſi eū nō correxerit. ꝛ an imputetur ei. de renū.niſi cum pridē. de regu.c.vlti. de ſimo.in tantū. de reg.iu.q̄uis. xliij.di.epheſiis. xxiij. q.ij.admonere. Qualiter prelati debēt tractare ꝛ nō grauare ſubditos. de ex.pre.c.j. de priuile.periſtis. de penis.in quibuſdam. xcv.di.eſto. xvj.q.j.nulli. ꝛ.ij.c.ſequen. ¶ An domin⁹ vel prelatus poteſtas vel ali⁹ ſuperior poſſit pro ſubditis agere: vel eos ab alio captos vel detentos repetere. Et coram quo: ꝛ quando appellatio epiſcopi vel domini proſit ſubiectis. Et an damnū ſubdito meo datum poſſim repetere. de his de of.or.duo. de ap.dilectis. de deci. dudum. de priuile.quanto. de ſen.ex. vt fame. de verbo.ſig. cum inter. per Inno. et alios. ꝛ de priui.authoritate. li.vj. Non debet ex cōtractu epiſcopi eccleſia damnum ſentire. ex̄ vt li.pen.eccleſia.j.per Inno. xvj.q.vj.ſi epiſcopū. ex̄ de excep.cum venerabilis. Qualiter prelatus ſe debet opponere pro eccleſia et pro defenſione rerū eccleſie/etſi martyrio. vij.q.j.§.hoc tunc. xxiij.q.viij.cōuenior. de renun.niſi cum pridem. ꝛ de ſen.ex.dilecto. li.vj. ſm̄ Innocē. et alios. Quilibet prelatus eccleſie ſue dicitur princeps. de regu. c.ij. xxxv.di.eccleſie principes. j.q.vij.cōuenientibus.§.itē Tharaſius. ſm̄ Inno. Quid iuris ſi prelatus dicit aliquē ſuum clericum vel monachum: ꝛ ille negat: vel in libertatem proclamat: coram quo tractabitur hoc. de ſer.non ordi.c.ij. ſm̄ Inno. An omnes prelati ſint iudices ordinarij. de iudi.c.ij. An prelat⁹ poteſt alicui occulto peccatori mādare vt abſtineat a ſua ſecreta vel ſacramentorum cōmunione. de offi.ordi.c.ij. vj.q.ij.ſi tantum. An eo ipſo q̄ quis ſuo prelato non obedit/eius preſumitur inimicus. xciij.diſtin.ſi inimicus. An tenent ea que fiunt nomine eccleſie ab eo qui eſt prelatus de facto. de conce.pre.literas. p Inno. de electi.in cle.eſt. An prelatus maior vel minor agēs eccleſie nomine vel petens poſſeſſionem. dignitatis vel prebende vel eccleſie ſibi collate: tenetur de ſua canonica electione inſtitutione vel confirmatione facere fidem. Et an ſoluentes clerici nomine eccleſie liberētur: eſto q̄ in veritate eius electio inſtitutio vel cōfirmatio non teneat. de elec.tranſmiſſam. per Inno. Nomine prelati intelligitur quicunq̄ legitimus adminiſtrator eccleſie. de ver.ſigni. abbate. per Innocen. Qui prelati habeant licentiam clericos capiendi per ſe vel per alios: vel de eorum criminibus iudicandi. de ſenten.excommuni. vt fame. per Inno. Qualiter ꝛ quādo prelatus eccleſie iur̄et. ꝛ q̄liter ei⁹ reſponſio eccl̄e preiudicet. Et q̄d ſi rn̄ſio p̄lati ſit contraria

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

reſpõſioni capituli vel ſyndici. de elec. dudũ .ij. ſm Inno. Et de teſti. preſentiũ. li. vj. An prelat⁹ agens repellat̃ ſi ex-cipitur cõtra eũ ꝙ non eſt prelat⁹: vel canonice inſtitutus de electio. nihil. ⁊ de teſti. ſpo. in literis. ſm Inno. An pre-latus ſit domin⁹ vel procurator vel cuſtos eccleſie vel re-rum eccleſie. Et an conditionẽ eccleſie poteſt facere dete-riorem. xij. q. j. ſi priuatũ. c. expedit. et. c. res eccleſie. xxiij. q. vij. quod aũt. et de dona. c. ij. ⁊ de cauſa poſ. cum ſuper. per Inno. An liberior eſt ⁊ maior poteſtas prelatorũ ꝙ tuto-rum ⁊ aliorũ adminiſtratorũ. v. q. iij. quia epi. de preſcrip. veniens. per Inno. ⁊ de ſimo. licet heli. per eundẽ. An pre-latus q̄ iurauit nõ repetere rem eccl'ie quã alienauit/vel qua ſpoliatus fuit/poſſit eã petere hoc iuramẽto non ob-ſtante. de iureiu. peruenit. ſ. de inſti. cũ veniſſent. de re. eccle. non alie. ſiquis. In q̄bus poſſint maiores vel minores p̄-lati diſpenſare. de eo. qui fur. or. re. c. ij. ſm Inno. An deli-ctum p̄lati vel populi redundet in damnũ eccleſie. xvj. q. vj. placuit. ⁊. q. vj. ſi epiſcopũ. ⁊. c. ſequẽ. ⁊. xxv. q. ij. ita nos. xxvij. q. j. ſiquis rapuerit. de excep. cum venerabilis. de do-na. c. ij. An propter inſufficientiã/⁊ propter quã prelatus remoueat̃ ab adminiſtratione. de ſimo. licet heli. per In-no. An prelat⁹ negocia eccl'ie ſue preſertim magna/cũ cõ-cilio capituli ſui facere debet. de procura. c. j. per Inno. de his q̄ fi. a pre. nouit. De p̄lato q̄ canonicum nõ habuit in-greſſum: ⁊ ideo non eſt prelat⁹: licet eſſe putet̃. vel qui ha-buit ingreſſum canonicũ. ſed poſt fact⁹ eſt heretic⁹/ſimo-niacus/vel ſuſpenſus/excõicatus/vel hmõi/an facit fru-ctus ſuos. An tenent ea q̄ facit ꝙdiu ab eccleſia tolerat̃: ſiue ſint alienationes/ſiue ordinũ vel beneficiorum colla-tiones/vel quicq̄d aliud. ⁊ an liberent̃ ei ſoluẽtes. de elec. nihil. maxime per Inno. ⁊ Bern. cõpoſt. ⁊. c. ꝙ ſicut. p eũ-dem. An ille q̄ putatur cõmuniter prelat⁹ ⁊ in veritate nõ eſt decipiat aĩas ſubditorũ. an valet penitẽtia ab eo rece-pta. an abſoluat ꝙdiu ab eccl'ia tolerat̃. e. ti. dudum. ij. ma-xime ſm Inno. De grauaminib⁹ illatis per p̄latos quum viſitant loca religioſorũ non exẽpta. ex in clemen. de cẽſi. c. ij. De prelatis ſe abſentantib⁹/⁊ vicarios nõ dimittenti-bus. ex de homi. c. j. in gloſ. no. cõtra. li. vj. An prelat⁹ tenẽs in curia debitũ noie eccleſie ſue: ſi negatur prelat⁹ per ad-uerſariũ: teneat̃ ſe docere prelatũ ante litem conteſtatam vide cõpoſt. de electionib⁹. nihil. §. ſed pone ꝙ quidã. An conſuetudine valeat introduci ꝙ ſint plures in eadem ec-cleſia: ⁊ nullus eorũ ſit prelatus. vide q̄d no. Inno. de pre-ben. cũ non ignores. An prelat⁹ poſſit dare licentiã ſtudẽ-di ſine capitulo. de magiſt. ſup ſpecula. q̄d not. Archidia. de fi. pre. c. j. li. vj. in verbo epiſcopi. Prelati tenent̃ cõpel-lere illos q̄ habent plures dignitates vel eccleſias curam aĩarũ habentes oſtendere diſpẽſationẽ quã habent ſuper hoc. ex de of. or. c. ordinarij. li. vj. Nõ tenet aliqua obliga-tio vel ſententia facta prelato vel data per prelatũ/ quin ſubditi ei⁹ teneant̃ viſitatorib⁹ de interrogatis dicere ve-ritatem. e. t. q: pleriq̃. li. vj.

¶ Articulus. Uiceſimuſtertius.

Quia vero poſt epi- ſcopos inter maiores p̄latos in eccleſia dei cõputant̃ Abbates: maxime regulares. Iõ poſt tractatũ prelatorũ in genere tracto de Abbatib⁹. Primo ponendo aliq̄ pauca originalia de eis. Secundo ſummarie iuridice tangendo eorũ iuriſdictio-nem/potentiam/⁊ conditionem. Tertio in quibus offen-dunt communiter ſubnectendo. A

Regule mona-chor ab eccl'ia ap-probate.

Ut patres teſtantur: Tres fuerunt regule principales ab eccleſia approbate. Prima Baſilij. quã ſeruant gre-ci calogeri ⁊ alij monachi orientales et aliq̄ in ſicilia ⁊ Calabria ⁊ Armenia. Secũda Benedicti. quã ſeruant oẽs monachi ⁊ monache occidẽtales. ſiue Ciſter-cienſes ſiue Clarauallenſes Cartuſienſes Camalduleu-ſes ſancti Petri de morono/q̄ fuit papa Celeſtin⁹. quiq̃ fratres monachi de valle vmbroſa in Tuſcia. ⁊ ſancti G-ilhelmi de deſerto. Et multa alia genera monachorum in Romana eccleſia militãtium: ſiue ſint albi ſiue nigri ſiue griſi. ¶ Tertia Regl'a btĩ Auguſtini. ſub q̄ militãt omnes canonici regulares qui regule inſeruiũt latiori. ex de ſta-tu. mo. q̄d dei. Et fratres ſancti Auguſtini mẽdicantes li-cet ampli⁹ ſe arctauerint per ſuas cõſtitutiones. ⁊ fratres predicatores ampli⁹ arctati per ſua ſtatuta. ⁊ ſancti ſepul-cri Hieroſolymitani. Et fratres Premonſtratẽſes ⁊ mul-te ſanctimoniales. ¶ De iſtis tribus regulis. xviij. q. ij. de-ſinim⁹. ⁊. c. pernicioſam. xvj. q. j. ſunt nõnulli. ex de ſta. mo. cum ad monaſteriũ. c. in ſingulis. c. ea q̄. xij. q. j. c. ij. c. nola. c. nõ dicatis. c. q: per tua. c. ſcimus. c. certe. ex de reli. do. re-ligionũ. xix. q. vlti. mandam⁹. ex de eta. ⁊ qua. intellexim⁹ ⁊ de ſta. re. recolentes. ¶ Baſili⁹ ergo fuit prim⁹ regule inſtitutor: poſt apl'os. ⁊ eo tẽpore cõmuniter monachi nõ erant clerici. xciij. di. a ſubdiacono. xvj. q. j. §. ſuperiori au-thoritate. ⁊. l. generaliter. ¶ Tẽplarij vero q̄modo ꝓpter eorũ flagitia ab eccleſia reprobati ſunt. ⁊ Hoſpitalarij ſolũ nomen religioſorũ habent. ⁊ fratres de ſpata q̄ dicũ-tur duces. ⁊ de Calatraua. ⁊ de Alcãtara. ⁊ de chriſto et de Auiſio. ⁊ ſancti Iacobi q̄ ſunt in hiſpania. ⁊ Cruciferorum qui ſunt in Alemãnia. Bohemia. Polonia de ordine militari ſunt ab eccleſia approbati ⁊ inſtituti pro fidei de-fenſione ⁊ terre ſancte. Habent ſuas obſeruãtias regula-res quas carnalib⁹ operibus ſuis calcant/militantes ma-gis carni contra ſe. j. Pe. ij. ꝙ chriſto. ¶ Quarta ⁊ vltima regula. ab eccleſia approbata. ⁊ ab eccleſia multipliciter cõmendata ⁊ declarata eſt fratrũ minorũ ſtrictior ⁊ perfe-ctior alijs. quã beatus Frãciſc⁹ inſtituit illã eandẽ profeſ-ſionem inſtituẽs/quam chriſtus ⁊ apoſtoli ſeruauerunt. de qua ex de ver. ſig. exijt. li. vj. ⁊. e. ti. exiui de paradiſo in clemen. Oẽs iſte. iiij. regule ab illa regula apl'ica mana-ſunt de qua loquit̃ Actu. iiij. ⁊. xij. q. j. dilectiſſimis. ſed mi-norum addit perfectionẽ euangelicam ⁊ apoſtolicã non habens aliq̄d propriũ/etiã in cõmuni vt pre. c. exijt. ⁊. c. exi-ui. ¶ De predicatorib⁹ ⁊ minoribus vltimis ⁊ ſanctis or-dinibus/licet multũ a ſua perfectione collapſis/⁊ eccleſie ſancte per q̄ neceſſarijs/q̄ elegerũt in paupertate altiſſimo domino famulari: habet̃ ex de exceſſi. pre. c. penul. et vlt. ¶ Carmelite q̄ ſunt de ordine mendicantiũ: ⁊ ſunt ab ec-cleſia approbati. ex de reli. do. religionũ. §. ceterũ. habent ſuam formã viuendi editam a patriarcha Hieroſolymi-tano. Eremite certã regulã non habent tamen ſtatus eſt ab eccleſia approbatus. in quo ſtatu anachoritico multa milia patrũ in Egypto ⁊ Thebaida ⁊ Paleſtina ⁊ Syria ⁊ in oriente in multiplici parte pfecte vixerũt. hodie de-cit quodãmodo. propriũ habere poſſunt. De eis legitur ⁊ no. xvj. q. j. q̄ vere. xxvij. q. vij. §. ecce. xix. q. vlti. §. cõtra. et de ex. prela. cũ ex eo. §. fi. li. vj. vbi tenet Archid. ꝙ eremita non eſt perſona religioſa: niſi deuoueat ſe alicui religioni de approbatis. de hoc etiã no. xxvij. q. j. de viduis. j. in gloſ. poteſt ergo. De his etiã legit̃ ⁊ no. ex de elec. cũ monaſte-rium. per Inno. ⁊. ij. q. vij. §. vlti. ⁊ de verbo. ſig. priuilegiũ li. vj. Et adde hic q̄d de iſtis ſcripſi. ſ. in. §. et quo ſponſa in lj. ar. in primis chartis ⁊ in. §. adhuc circa iſtũ. in ar. lxiij. in princi. ¶ Dicit̃ autẽ Abbas ab abba grece q̄d eſt pater la-tine. Un apl's ad Ro. viij. In quo clamamus abba pater. xviij. q. iiij. §. et his. ⁊. q. vj. §. et his. in fi. In interpretationi-bus autẽ biblie dicit̃ Abba pater vel paternitas Syrũ eſt non hebreũ. ¶ Abbas ſuper fratrũ tranſgreſſiones. ex de ſta. mo. cũ ad monaſterium. §. prior. ⁊. c. ea que. §. ſ. non ſolũ per patrum traditiones conſtituitur. qui abbas dicitur vt ſit mandatorũ cultor. xviij. q. ij. ſiquis abbas. vitiorum vltor. Bern. de precepto. Quoſcũq̃ inueneris de tuis fra-tribus triſtes/puſillanimes/murmuroſos/ipſorum te pa-trem/ipſorum te ſtatuas eſſe abbatem: cõſolando/exhor-tando/increpando. xlv. di. c. j. c. cũ beatus. agis opus tuũ portas onus tuũ. portãdo ſaluas. quos ſanando portas.

Baſi.